



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

XXII. Episcopum non debere in alienam irruere ciuitatem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

XXI.

7. q. 1. Epi-
scopum de
diocesi.

Episcopum de diocesi ad diocesim alteram non debere transire, neque si seipsum ingesserit, neque si a populis fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab episcopis suadeatur. Manere autem eum debere in ecclesia Dei, quam ab initio fortitus est, & non ab ea alio demigrare, secundum regulam super hoc olim a patribus constitutam.

XXII.

9. q. 2. Epi-
scopu non
debere.

Episcopum non debere in alienam irruere civitatem, quæ illi probatur non esse subiecta, neque in regionem, quæ ad eius curam minime dignoscitur pertinere, ad aliquid ordinandum, neque presbyteros, neque diaconos constituere ad alios episcopos pertinentes, nisi forte cum consilio & voluntate propriæ regionis episcopi. Quod si quispiam horum aliquid audere voluerit, irrita quidem erit huiusmodi ordinatio, & is qui male usurpaverit a Synodo arguatur. Nam si ordinare non potuerit, nullatenus alterius parochianum iudicare præsumat.

XXIII.

Episcopo non licere, tamquam successorem sibi futurum, constituere alterum, quamvis circa viciniam mortis habeatur. Quod si tale aliquid factum fuerit, irrita sit huiusmodi ordinatio. Custodiri autem oportet ecclesiastica constituta, quæ se ita continent, non posse aliter episcopum fieri, nisi in Concilio & cum consensu episcoporum, eorum dumtaxat, qui post obitum illius qui præcessit habuerint potestatem eum qui dignus fuerit prouehendi.

XXIV.